XCII. Gn. Domitio, C. Fannio, coss.

In foro Vessano[74] androgynus natus, in mare delatus est; in Gallia tres soles, et tres lunæ visæ; vitulus biceps natus; bubo in Capitolio visus, et ex incendio catena consumpta[75]. Sallyes et Allobroges devicti.

XCIII. L. Opimio, Q. Fabio Maximo, coss.

Grex luporum limites, qui in agrorum divisione per C. Gracchum depositi[76] erant, dissipavit. Ipse Gracchus in Aventino occisus.

XC. Sous les consuls P. Plautius et M. Fulvius (1).

Des arbres produisirent des épis de blé. Au territoire de Véies, il plut du lait et de l'huile. Un hibou fut aperçu dans le Capitole. A Arpi, il plut des pierres pendant trois jours. En Afrique, parut une prodigieuse quantité de sauterelles qui, poussées dans la mer par les vents et rejetées ensuite par les flots, répandirent à Cyrène une odeur insupportable et une vapeur mortifère dont il résulta une grave épizootie; et l'on rapporte que huit cent mille personnes en périrent aussi. On rasa entièrement Frégelles, qui avait conjuré contre les Romains. Les Liguriens Sallyes furent taillés en pièces.

XCI. Sous les consuls C. Cassius Longinus et C. Sextilius (2).

Dans le Grécostase, il plut du lait. A Crotone, un troupeau de moutons, un chien et trois bergers furent tués par la foudre. A Sature, un veau naquit avec deux têtes. Il y eut du trouble dans Rome, à l'occasion des lois que Gracchus voulait faire promulguer.

XCII. Sous les consuls Gn. Domitius et C. Fannius (3).

Sur la place de Vessa, naquit un androgyne qu'on jeta à la mer. En Gaule, on vit trois soleils et trois lunes. Il naquit un veau à deux têtes. Un hibou se fit voir dans le Capitole, et une chaîne fut consumée dans un incendie. Les Sallyes et les Allobroges furent vaincus.

XCIII. Sous les consuls L. Opimius et Q. Fabius Maximus (4).

Un troupeau de loups dispersa les bornes qui avaient été placées par C. Gracchus, lors du partage des terres. Gracchus lui-même fut tué sur le mont Aventin.

(1) An de R. 629. — (2) An de R. 630. — (3) An de R. 632. — (4) An de R. 633.

XCIV. L. Aurelio, et L. Cæcilio, coss.

Androgynus in agro Romano annorum octo inventus, et in mare deportatus; virgines ter novenæ in Urbe cantarunt.

XCV. M. Catone, Q. Martio, coss.

Catone consule immolante exta tabuerunt; caput jocinoris inventum non est; lacte pluit; terra cum mugitu tremuit; examen apum in foro consedit. Sacrificium ex Sibyllinis [77].

XCVI. L. Cæcilio, L. Aurelio, coss.

Fulmine Romæ et circa pleraque tacta; Præneste lacte pluit; hastæ Martis in regia [78] motæ; Priverni [79] terra septem jugerum spatio in caverna desedit; Saturniæ androgynus annorum decem inventus, et mari demersus: virgines viginti septem urbem carmine lustraverunt. Reliquum anni in pace fuit.

XCVII. M. Acilio, C. Portio, coss.

Pompeius Elvius, eques Romanus, a ludis Romanis, quum in Apulia [80] reverteretur, in agro Stellati filia ejus virgo, equo insidens, fulmine icta, exanimataque. Vestimento deducto [81], in inguinibus exerta lingua per inferiores

XCIV. Sous les consuls L. Aurelius et L. Cécilius (1).

Dans le territoire de Rome, on trouva un androgyne âgé de huit ans, et on le jeta à la mer. Vingt-sept jeunes filles parcoururent la ville en chantant des chants expiatoires.

XCV. Sous les consuls M. Caton et Q. Martius (2).

Pendant un sacrifice qu'offrait le consul Caton, les entrailles de la victime se putréfièrent, et il ne se trouva point de lobe au foie. Il plut du lait. Il y eut un tremblement de terre, accompagné d'un mugissement. Un essaim d'abeilles vint s'abattre dans le Forum. On offrit un sacrifice d'après l'avis qu'en donnèrent les livres Sibyllins.

XCVI. Sous les consuls L. Cécilius et L. Aurelius (3).

La foudre frappa quantité d'objets, tant à Rome que dans les environs. A Préneste, il plut du lait. Au palais, les lances de Mars s'agitèrent d'elles-mêmes. A Priverne, un espace de terre de sept arpents s'abîma et forma un gouffre. A Saturnie, on trouva un androgyne âgé de dix ans, et on le précipita dans la mer. Vingt-sept jeunes filles parcoururent la ville en chantant des chants expiatoires. Le reste de l'année se passa tranquillement.

XCVII. Sous les consuls M. Acilius et C. Portius (4).

Pompeius Elvius, chevalier romain, revenant des jeux célébrés à Rome, s'en retournait en Apulie, et il arrivait dans le territoire de Stellate, lorsque sa fille, qui était à cheval, fut atteinte et tuée d'un coup de foudre. Quand

(1) An de R. 635. — (2) An de R. 636. — (3) An de R. 637. — (4) An de R. 640

locos, ut ignis ad os emicuerit[82]: responsum, infamiam virginibus et equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant : tres uno tempore virgines vestales[83] nobilissimæ cum aliquot equitibus Romanis incesti pœnas subierunt : ædes Veneri Verticordiæ[84] facta.

XCVIII. C. Cæcilio, Gn. Papyrio, coss.

Albanus mons nocte ardere visus; ædicula et signum de cœlo tacta; ara Salutis interrupta; terra in Lucanis et Privernati[85] late hiavit; in Gallia cœlum ardere visum. Cimbri, Teutonique Alpes transgressi, fœdam stragem Romanorum sociorumque fecerunt.

XCIX. P. Scipione, L. Calpurnio, coss.

Maxima pars Urbis exusta cum æde Matris Magnæ; lacte per triduum pluit, hostiisque expiatum majoribus. Jugurthinum bellum exortum.

C. C. Sergio Galba, M. Scauro, coss.

Avis incendiaria[86], et bubo, in Urbe visæ; in látomiis homo ab homine adesus; ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos et ma-

on l'eut deshabillée, on trouva sa langue sortant par les parties naturelles, comme si le feu eût pénétré par la bouche. Les aruspices déclarèrent que cet événement présageait un grand déshonneur aux jeunes filles et à l'ordre équestre, attendu que les ornements qui couvraient le cheval avaient été dispersés. Trois vestales de familles fort illustres se rendirent en même temps coupables de fornication avec des chevaliers romains, et subirent, ainsi qu'eux, la punition de leur crime. Un temple fut construit à Vénus Verticordie.

XCVIII. Sous les consuls C. Cécilius et Gn. Papyrius (1).

Pendant la nuit, le mont Albain parut tout en feu. Plusieurs petits temples et une statue furent frappés de la foudre. L'autel de la déesse Salus se sépara en deux parties égales. Dans la Lucanie et dans le territoire de Priverne, la terre présenta tout à coup de larges abîmes. Dans la Gaule, le ciel parut embrasé. Les Cimbres et les Teutons, ayant passé les Alpes, firent un affreux carnage des Romains et de leurs alliés.

XCIX. Sous les consuls P. Scipion et L. Calpurnius (2).

Un incendie consuma la plus grande partie de la ville et le temple de la Mère des Dieux. Il plut du lait pendant trois jours, et de grandes victimes furent immolées à cette occasion. Alors commença la guerre contre Jugurtha.

C. Sous les consuls C. Sergius Galba et M. Scaurus (3).

On vit dans Rome un oiseau incendiaire et un hibou. Dans les carrières, un homme fut dévoré par un autre homme. D'après l'avertissement des livres Sibyllins, trente

(1) An de R. 641. — (2) An de R. 643. — (3) An de R. 646.

trimos[87], totidemque virgines; multa millia hominum, intumescente Pado, et stagno Arretino obruta; bis lacte pluit; Nursiæ gemini ex muliere ingenua nati, puella integris omnibus membris, puer a parte priore, alvo aperto, ita ut nudum intestinum conspiceretur, idem posteriore natura solidus natus, qui voce missa exspiravit. Contra Jugurtham prospere dimicatum.

CI. Q. Servilio Cæpione, Atilio Serrano, coss.

Amiterni quum ex ancilla puer nasceretur, *Ave* dixit. In agro Perusino, et Romæ locis aliquot, lacte pluit; inter multa fulmine icta, Atellis digiti hominis quatuor tanquam ferro[88] præcisi; argentum signatum afflatu fulminis diffluxit; in agro Trebulano mulier nupta civi Romano, fulmine icta, nec exanimata; fremitus cœlestis auditus, et pila cœlo cadere visa; sanguine pluit; Romæ interdiu fax sublime volans conspecta; in æde Larum flamma a fastigio ad summum columen penetravit innoxia. Per Cæpionem consulem senatorum et equitum judicia communicata. Cetera in pace fuerunt.

---

jeunes garçons de condition libre, ayant tous père et mère, et autant de jeunes filles, sacrifièrent dans l'île de Cimolie. Plusieurs milliers d'hommes furent noyés par un débordement du Pô et de l'étang Arretin. Il plut deux fois du lait. A Nursie, une femme de condition libre mit au monde deux jumeaux : une fille, qui avait tous ses membres sains et entiers; un garçon, dont le bas du ventre était tellement ouvert, qu'on lui voyait les intestins : cet enfant, qui n'avait point de fondement, expira après avoir poussé un cri. L'on combattit avec succès contre Jugurtha.

CI. Sous les consuls Q. Servilius Cépion et Atilius Serranus (1).

A Amiterne, l'enfant d'une servante, au moment où il sortait du sein de sa mère, dit : « Je vous salue. » Au territoire de Péruse, et en quelques endroits de Rome, il plut du lait. Entre autres objets frappés de la foudre, à Atella, quatre doigts d'un homme furent coupés comme par un instrument tranchant. La seule vapeur de la foudre fondit des pièces d'argent. Dans le territoire de Trébule, une femme mariée à un citoyen romain fut frappée de la foudre et n'en mourut point. Un grand bruit se fit entendre dans les airs, et l'on vit un globe tomber du ciel; il plut du sang. A Rome, pendant le jour, on aperçut un météore volant dans les airs. Dans le temple des Lares, une flamme pénétra du bas de la couverture jusqu'au faîte, sans causer le moindre dommage. Le consul Cépion fit connaître les décisions des sénateurs et des chevaliers. On ne fut inquiété par aucun autre prodige.

(1) An de R. 648.

CII. P. Atilio, et Corn. Manilio, coss.

Trebulæ Mutuscæ ante quam ludi committerentur, canente tibicine, angues nigri aram circumdederunt; desinente cantare, dilapsi; postero die exorti, a populo lapidibus enecati; foribus templi adapertis, simulacrum Martis ligneum capite stans[89] inventum. A Lusitanis exercitus Romanus cæsus.

CIII. C. Mario, C. Flacco, coss.

Bubo extra Urbem visus; bos loquuta: Trebulæ Mutuscæ simulacrum[90] in templo, quod capite adoperto fuit, opertum inventum; Nuceriæ ulmus vento eversa, sua sponte erecta in radicem, convaluit; in Lucanis lacte, Lunæ sanguine pluit; Arimini canis loquutus; arma cœlestia, tempore utroque[91] ab ortu et occasu visa pugnare, et ab occasu vinci; aruspicum responso, populus stipem Cereri et Proserpinæ tulit: virgines viginti septem dona canentes tulerunt; luna interdiu cum stella, ab hora tertia usque ad horam septimam, apparuit. A fugitivis et desertoribus in Thurinis regiones vastatæ; Cimbri Alpes transgressi per Hispaniam vastatam, junxerunt se Teutonis. Lupus Urbem intravit; fulminis ictu vultures super turrem exanimati; hora diei tertia, solis defectus lucem obscuravit; examen apum ante ædem Salutis consedit; in Comitio lacte pluit; in Piceno tres soles visi; in agro

CII. Sous les consuls P. Atilius et Corn. Manilius (1).

A Trébule Mutusce, avant le commencement des jeux, pendant que le joueur de flûte préludait avec son instrument, des serpents noirs environnèrent l'autel; quand il cessa de jouer, ils disparurent. S'étant montrés de nouveau le lendemain, ils furent tués à coups de pierres par le peuple. Quand on ouvrit les portes du temple, on trouva la statue en bois du dieu Mars la tête en bas. L'armée romaine fut taillée en pièces par les Lusitaniens.

CIII. Sous les consuls C. Marius et C. Flaccus (2).

On vit un hibou hors de la ville; un bœuf parla. A Trébule Mutusce, dans le temple, une statue fut trouvée la tête couverte, bien qu'elle l'eût découverte auparavant. A Nucérie, un orme, renversé par le vent, se releva de lui-même et reprit racine. En Lucanie, il plut du lait; à Luna, du sang. A Ariminium, un chien parla. On vit au ciel, pendant le jour et pendant la nuit, des armes en orient et en occident les unes se battre contre les autres, et celles de l'occident céder la victoire. D'après la réponse des aruspices, le peuple offrit de la petite monnaie à Cérès et à Proserpine. Vingt-sept jeunes filles portèrent des offrandes aux dieux, en chantant des hymnes. La lune parut en plein jour, avec une étoile, depuis la troisième heure jusqu'à la septième. La contrée des Thuriniens fut ravagée par les fugitifs et les déserteurs. Les Cimbres, ayant passé les Alpes, traversèrent l'Espagne en la ravageant, et se joignirent aux Teutons. Un loup pénétra dans la ville. Des vautours furent tués sur une tour d'un coup de foudre. Vers la troisième heure, une éclipse de soleil changea le jour en ténèbres. Un essaim d'abeilles

(1) An de R. 649. — (2) An de R. 650.

Vulsiniensi flamma e terra orta, cœlumque visa contingere; in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter siminino capite; in Tarquiniensi lactis rivi terra scaturienti exorta[92]: aruspicum responso signa oleaginea duo armata statuta; supplicatumque. In Macedonia Thraces subacti.

CIV. C. Mario, Q. Luctatio, coss.

Novemdiale sacrum fuit, quod in Thuscis lapidibus pluerat; Urbs aruspicum jussu lustrata; hostiarum cinis per decemviros in mare dispersus, et per dies novem circa omnia templa per magistratus, et municipia, pompa ducta supplicatum; hastæ Martis in regia, sua sponte motæ; sanguine circa amnem Anienem pluit; examen apum in foro Boario, in sacello consedit; in Gallia, in castris lux nocte fulsit; puer ingenuus Ariciæ flamma comprehensus, nec ambustus; ædes Jovis clausa fulmine icta, cujus expiationem, quia prius[93] monstraverat Æmilius Potensis aruspex, præmium tulit, ceteris celantibus, quod ipsis liberisque exitium portenderetur. Piratæ in Sicilia a Romanis deleti; Teutoni a Mario trucidati. Ancilia cum crepitu sua sponte mota, servusque Servilii Cæpionis Matri Idææ se præcidit, et trans mare exportatus, ne unquam Romæ reverteretur. Urbs lustrata,

vint s'abattre devant le temple de Salus. Dans le comice, il plut du lait. Dans le Picénum, on vit trois soleils. Au territoire de Vulsine, une flamme sortit de terre, et on la vit ensuite s'élancer jusqu'au ciel. En Lucanie, deux agneaux naquirent avec des pieds de cheval, et l'un des deux avait une tête de singe. Dans le territoire de Tarquinie, des sources de lait jaillirent de terre. D'après la réponse des aruspices, on fit sculpter en bois d'olivier deux statues armées, et l'on adressa aux dieux des prières publiques. Les Thraces furent vaincus dans la Macédoine.

CIV. Sous les consuls C. Marius et Q. Luctatius (1).

L'on offrit un sacrifice novemdial à l'occasion d'une pluie de pierres tombée chez les Thusciens. La ville fut purifiée par ordre des aruspices; la cendre des victimes fut semée dans la mer par les décemvirs, et, pendant neuf jours, des processions générales, à la tête desquelles marchaient les magistrats, furent faites autour de tous les temples pour fléchir la colère des dieux, ce qui fut pratiqué également dans les villes municipales. Les lances de Mars s'agitèrent d'elles-mêmes dans le palais. Il plut du sang sur les bords du fleuve Anio. Au marché aux bœufs, un essaim d'abeilles vint s'abattre dans un sacellum. En Gaule, une lumière brilla pendant la nuit dans le camp romain. A Aricie, un enfant de condition libre fut enveloppé d'une flamme qui ne le brûla point. Le temple de Jupiter fut frappé de la foudre étant fermé : on décerna une récompense à l'aruspice Émilius Potensis, pour avoir proposé le premier l'expiation de cet événement, que ses collègues avaient soin de tenir caché, parce qu'il présageait leur perte et celle de leurs enfants. Les pirates furent détruits en Sicile par les Romains. Marius

(1) An de R. 652.

capra cornibus ardentibus per urbem ducta, porta Nævia emissa, relictaque; in Aventino luto pluit. Lusitanis devictis, Hispania Ulterior pacata; Cimbri deleti.

CV. C. Mario, L. Valerio, coss.

Fax ardens Tarquiniis late visa, subito lapsu cadens; sub occasu solis, orbis clypei similis ab occidente ad orientem visus præferri; in Piceno terræ motu domicilia ruinis prostrata; quædam convulsa sede sua, inclinata manserunt; fremitus armorum ex inferno [94] auditus; quadrigæ auratæ in foro a pedibus sudaverunt. Fugitivi in Sicilia prœliis trucidati.

CVI. M. Antonio, A. Posthumio, coss.

Bubone in urbe viso, Urbs lustrata: nimbis et procella plurima dissipata, fulmine pleraque tacta; Lanuvii in æde Junonis Sospitæ, in cubiculo deæ sanguinis guttæ visæ; Nursiæ ædes sacra terræ motu disjecta. Lusitani rebellantes subacti. Sextius [95], tribunus plebis, de agris dividendis populo quum, repugnantibus collegis, pertina-

tailla en pièces les Teutons. Des boucliers s'agitèrent d'eux-mêmes avec grand bruit, et un esclave de Servilius Cépion s'étant mutilé en l'honneur de la mère Idéenne, on le transporta au delà des mers, afin qu'il ne revînt jamais à Rome. On purifia la ville, par laquelle on promena une chèvre aux cornes ardentes, que l'on fit sortir par la porte Névie, et qu'on abandonna. Il plut de la boue sur le mont Aventin. Les Lusitaniens ayant été vaincus, l'Espagne Ultérieure fut pacifiée. Les Cimbres furent complétement défaits.

CV. Sous les consuls C. Marius et L. Valerius (1).

Dans le territoire de Tarquinies, on vit de divers endroits une torche ardente tomber tout à coup. Vers le le coucher du soleil, on aperçut un corps rond, de la forme d'un bouclier, prenant sa direction de l'occident vers l'orient. Dans le Picenum, un tremblement de terre renversa plusieurs habitations; quelques-unes, ébranlées dans leurs fondements, restèrent inclinées. On entendit un grand bruit d'armes qui semblait partir de dessous terre. Les quatre chevaux dorés placés dans le Forum suèrent aux pieds. On fit un grand carnage des fugitifs en Sicile dans plusieurs combats.

CVI. Sous les consuls M. Antoine et A. Posthumius (2).

Un hibou ayant été aperçu dans la ville, on la purifia. La pluie et la tempête causèrent de grands dégâts, et la foudre tomba en beaucoup d'endroits. A Lanuvium, dans le temple de Junon Sospita, on remarqua des gouttes de sang sur le lit de la déesse. A Nursie, un édifice sacré fut détruit par un tremblement de terre. Les Lusitaniens s'étant

(1) An de R. 654. — (2) An de R. 655.

citer legem ferret, corvi duo numero in alto volantes, ita pugnaverunt supra concionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. Aruspices sacra Apollinis litanda, et de lege, quæ ferebatur, supersedendum, pronuntiarunt. Fremitus ab inferno ad cœlum ferri visus inopiam famemque portendit; populus stipem[96], matronæ thesaurum et virgines dona Cereri et Proserpinæ tulerunt; per virgines viginti septem cantitatum. Signa cupressea duo Junoni Reginæ posita. In Lusitania prospere a Romanis pugnatum.

CVII. Q. Metello, Tullio Didio, coss.

Bubone in Capitolio supra deorum simulacra[97] viso, quum piaretur, taurus victima exanimis concidit. Fulmine pleraque decussa. Hastæ Martis in regia motæ. Ludis[98] in theatro, creta candida pluit: fruges et tempestates portendit bonas. Sereno tonuit. Apud ædem Apollinis decemviris immolantibus, caput jocinoris non fuit: sacrificantibus anguis ad aram inventus. Item androgynus in mare deportatus. In Circo inter pila militum ignis fusus. Hispani pluribus prœliis devicti.

---

révoltés, on les subjugua. Pendant que Sextius, tribun du peuple, s'obstinait, malgré la répugnance de ses collègues, à proposer la loi agraire, deux corbeaux, volant en l'air, combattirent avec un tel acharnement au-dessus de l'assemblée, qu'ils se déchirèrent à coups d'ongles et de bec. Les aruspices déclarèrent qu'il fallait offrir des sacrifices à Apollon, et surseoir à la promulgation de la loi proposée. Un grand bruit, qui semblait partir de dessous terre et monter jusqu'au ciel, présagea la disette et la famine. Le peuple porta de la petite monnaie, les matrones des pièces d'or et d'argent, et les jeunes filles diverses offrandes à Cérès et à Proserpine. Vingt-sept jeunes filles chantèrent des hymnes en l'honneur des dieux. On éleva deux statues de cyprès à Junon la Reine. Les Romains combattirent avec succès en Lusitanie.

CVII. Sous les consuls Q. Metellus et Tullius Didius (1).

Comme on allait immoler un taureau en expiation de ce qu'on avait vu dans le Capitole un hibou sur les statues des dieux, la victime tomba morte. Beaucoup d'objets furent renversés par la foudre. Les lances de Mars s'agitèrent d'elles-mêmes dans le palais. Au théâtre, pendant les jeux, il plut de la craie blanche; ce qui fut regardé comme le présage d'une récolte abondante et de saisons favorables. Il tonna par un temps serein. Comme les décemvirs offraient un sacrifice dans le temple d'Apollon, le foie de la victime se trouva dépourvu de lobe. Pendant le sacrifice, ils trouvèrent un serpent près de l'autel. De plus, un androgyne fut jeté à la mer. Au Cirque, des flammes voltigèrent entre les javelots des soldats. Les Espagnols furent vaincus dans plusieurs combats.

(1) An de R. 656.

CVIII. Cn. Cornelio Lentulo, P. Licinio, coss.

Supplicatum in Urbe, quod androgynus inventus, et in mare deportatus erat. Pisauri terræ fremitus auditus. Muri 99 pinnæ sine terræ motu, passim dejectæ, civiles portendere discordias. Nursiæ simulacrum Jovis in partem sinistram conversum. Cupressea simulacra Junonis Reginæ posita per virgines viginti septem, quæ Urbem lustraverunt. Celtiberi, Medi, Dardani subacti.

CIX. Cneo Domitio, Caio Cassio, coss.

Lupus Urbem ingressus, in domo privata occisus. Bubo in Capitolio occisus. Fulmine pleraque decussa. Signa aurata Jovis cum capite[100] columnaque disjecta. Fæsulis sanguine terra manavit. Arretii mulieri e naso spicæ farris natæ : eadem farris grana vomuit. Urbe lustrata, Ptolemæus, rex Ægypti, Cyrenis mortuus, S. P. Q. Romanum hæredem reliquit.

CX. P. Crasso, Q. Scævola, coss.

Cære lacte pluit. Lebadiæ Eutychides in templum Jovis Trophonii digressus, tabulam æneam extulit, in qua scripta erant, quæ ad res Romanas pertinerent. Fulminis afflatu pleraque animalia exanimata. Venafri hiatu terra alte subsedit. Vultures canem mortuum laniantes.

CVIII. Sous les consuls Cn. Cornelius Lentulus et P. Licinius (1).

On fit à Rome des prières publiques à l'occasion d'un androgyne qu'on avait trouvé et précipité dans la mer. A Pisaure, on entendit un grand bruit sortir de la terre. Les créneaux des murailles tombèrent de tous côtés, sans qu'on pût attribuer leur écroulement à aucun tremblement de terre, ce qui fut regardé comme un présage de discordes civiles. A Nursie, la statue de Jupiter se tourna du côté gauche. Vingt-sept jeunes filles, après avoir dressé des statues de cyprès à Junon la Reine, parcoururent processionnellement la ville. Les Celtibères, les Mèdes et les Dardaniens furent vaincus.

CIX. Sous les consuls Cnéus Domitius et Caïus Cassius (2).

Un loup, entré dans la ville, fut tué dans une maison particulière. Un hibou fut tué dans le Capitole. Beaucoup d'objets furent renversés par la foudre. Les statues dorées de Jupiter eurent la tête séparée du tronc et furent disjointes de leurs colonnes. A Fésules, il sortit du sang de la terre. A Arretium, des épis de blé prirent naissance dans le nez d'une femme : la même femme vomit des grains de froment, et la ville fut purifiée. Ptolémée, roi d'Égypte, mourut à Cyrène, après avoir institué ses héritiers le sénat et le peuple romain.

CX. Sous les consuls P. Crassus et Q. Scévola (3).

A Céré, il plut du lait. A Lébadie, Eutychide, étant entré dans le temple de Jupiter Trophonius, enleva une table d'airain sur laquelle étaient des inscriptions qui tenaient à l'histoire de Rome. Beaucoup d'animaux furent tués par la seule vapeur de la foudre. A Venafre, la terre

(1) An de R. 657. — (2) An de R. 658. — (3) An de R. 659.

occisi ab aliis et comesi vulturibus. Agnus biceps, puer tribus manibus, totidemque pedibus natus; ac hastæ Martis in regia motæ. Androgynus Urbino natus, in mare deportatus. Pax domi forisque fuit.

CXI. C. Lælio, L. Domitio, coss.

Novemdiale sacrum fuit, quod in Volsca gente lapidibus pluerat. Vulsiniis luna nova decidit[101], et non nisi postero die hora tertia comparuit. Puella biceps, quadripes, quadrimana, gemina feminea natura, mortua nata. Avis incendiaria visa, occisaque. In Vestinis, in villa lapidibus pluit. Fax in cœlo apparuit, et totum cœlum ardere visum. Terra sanguine manavit, et concrevit. Canes saxa, tegulas vulgo roserunt. Fæsulis ingens multitudo inter sepulcra lugubri veste, pallida facie, interdiu ambulare gregatim visa. Per Nasicam Hispaniæ principes, qui rebellabant, supplicio consumpti, urbibus dirutis.

CXII. C. Valerio, M. Herennio, coss.

Romæ et circa, fulmine pleraque decussa. Ancilla puerum unimanum peperit. Fregellis ædes Neptuni nocte patefacta. Maris vituli quum exta demerentur, gemini vitelli in alvo ejus inventi. Arretii signum æneum Mercurii suda-

s'enfonça, et forma un gouffre profond. Des vautours qui déchiraient un chien mort, furent tués et dévorés par d'autres vautours. Il naquit un agneau à deux têtes, un enfant qui avait trois mains et autant de pieds, et les lances de Mars s'agitèrent d'elles-mêmes dans le palais. A Urbinum, naquit un androgyne, qui fut jeté à la mer. La paix régna au dedans et au dehors.

CXI. Sous les consuls C. Lélius et L. Domitius (1).

On offrit un sacrifice novemdial à l'occasion d'une pluie de pierres tombée chez les Volsques. A Vulsinies, la lune, alors nouvelle, disparut tout à coup, et ne reparut que le lendemain à la troisième heure. Il naquit une fille morte, ayant deux têtes, quatre pieds, quatre mains, et dont les parties sexuelles étaient doubles. Un oiseau incendiaire fut aperçu et tué. Chez les Vestiniens, il plut des pierres dans une métairie. Un météore igné apparut dans le ciel, et le ciel lui-même sembla embrasé. Du sang sortit de terre, et se coagula. Des chiens rongèrent publiquement des pierres et des tuiles. A Fésules, on vit en plein jour une grande multitude de fantômes en vêtements de deuil, le visage pâle, se promener par troupes au milieu des sépulcres. Les princes d'Espagne, en état de révolte, furent punis, par Nasica, du dernier supplice, et l'on détruisit leurs villes.

CXII. Sous les consuls C. Valerius et M. Herennius (2).

A Rome et dans les environs, divers objets furent renversés par la foudre. Une servante mit au monde un enfant qui n'avait qu'une main. A Frégelles, le temple de Neptune s'ouvrit de lui-même pendant la nuit. En

(1) An de R. 660. — (2) An de R. 661.

vit. In Lucanis gregem vervecum, quum pasceretur, et nocte in stabulo flamma circumdata nihil adussit. Carseolis torrens sanguinis fluxit. Lupi urbem ingressi. Præneste lana volitavit[102]. In Apulia mula peperit. Milvus in æde Apollinis Romæ comprehensus. Herennio consuli bis immolanti, caput jocinoris defuit. In sacro novemdiali cœna deæ[103] posita, a cane adesa ante quam delibaretur. Vulsiniis prima luce flamma cœlo emicare visa, quum in unum coisset, os flammæ ferrugineum ostendit. Cœlum visum descendere[104], cujus hiatu vertices flammæ apparuerunt. Lustrationibus prospere expiatum : nam totus annus domi forisque tranquillus fuit.

CXIII. C. Claudio, M. Perpenna, coss.

Bubo in æde Fortunæ equestris comprehensus, inter manus[105] exspiravit. Fæsulis fremitus terræ auditus. Puer ex ancilla natus sine foramine naturæ, qua humor[106] emittitur. Mulier duplici natura inventa. Fax in cœlo visa. Bos loquuta. Examen apum in culmine privatæ domus consedit. Volaterris sanguinis rivus manavit. Romæ lacte pluit. Arretii duo androgyni inventi. Pullus gallinaceus quadripes[107] natus. Fulmine pleraque icta. Supplicatio fuit. Populus Cereri et Proserpinæ stipem tulit.

enlevant les entrailles d'un veau mâle, on lui trouva dans le ventre deux autres petits veaux. A Arretium, la statue d'airain de Mercure se couvrit de sueur. En Lucanie, un troupeau de moutons se trouva au pâturage enveloppé d'une flamme qui l'accompagna dans la bergerie, où elle dura toute la nuit sans lui causer le moindre mal. A Carséoles, il coula un torrent de sang. Des loups entrèrent dans la ville. A Préneste, de la laine voltigea dans les airs. Dans l'Apulie, une mule mit bas. On prit à Rome un milan dans le temple d'Apollon. Dans deux sacrifices qu'offrit le consul Herennius, le foie de la victime se trouva dépourvu de lobe. Pendant le sacré novemdial, le repas servi devant la déesse fut mangé par un chien avant qu'on y eût touché. A Vulsinies, vers le point du jour, on vit briller au ciel une flamme qui, après s'être concentrée, présenta une bouche de feu de couleur ferrugineuse. On vit le ciel descendre, et de son ouverture sortirent des tourbillons de flammes. On détourna, par des lustrations, les malheurs annoncés par ces prodiges; en sorte que toute l'année fut tranquille au dedans et au dehors.

CXIII. Sous les consuls C. Claudius et M. Perpenna (1).

Un hibou, que l'on avait pris dans le temple de la Fortune équestre, mourut entre les mains de ceux qui le tenaient. A Fésules, un grand bruit souterrain se fit entendre. Une servante mit au monde un enfant sans conduit urinaire. On trouva une femme ayant les parties sexuelles doubles. On vit au ciel un météore igné. Un bœuf parla. Un essaim d'abeilles vint s'abattre sur le toit d'une maison particulière. A Volaterre, on vit couler un ruisseau de sang. A Rome, il plut du lait. A Arretium, on trouva deux androgynes. Un poulet naquit avec quatre pattes. Beaucoup d'objets furent frappés de la foudre. On

(1) An de R. 662.

Virgines viginti septem carmen canentes Urbem lustraverunt. Medorum in Macedonia gens provinciam cruente vastavit.

CXIV. L. Martio, Sexto Julio, coss.

Libius Troso[108], P. Tarquinius, leges ferentes, quum bellum Italicum consurgeret[109], prodigia multa apparuerunt Urbi[110]. Sub ortu solis, globus ignis a septentrionali regione cum ingenti sono cœli emicuit. Arretii frangentibus panes cruor e mediis[111] fluxit. In Vestinis per dies septem lapidibus testisque pluit. Ænariæ terræ hiatu flamma exorta in cœlum emicuit. Circa Rhegium terræ motu, pars urbis murique diruta. In Spoletino colore aureo globus ignis ad terram devolutus, majorque factus, e terra ad orientem ferri visus, magnitudinem solis obtexit. Cumis in arce simulacrum Apollinis sudavit. Ædes Pietatis in circo Flaminio clausa fulmine icta. Asculo per ludos Romani trucidati. Quum ex agris in urbem pecora[112], armentaque Latini agerent, strages hominum passim facta, armenta in tantam rabiem concitata sunt, ut vastando suos hostile imaginarentur bellum; lacrymantesque multis affectibus calamitatem præsagirent suis.

---

fit des prières publiques. Le peuple porta le denier d'offrande à Cérès et à Proserpine. Vingt-sept jeunes filles parcoururent la ville en chantant des hymnes. En Macédoine, les Mèdes exercèrent de cruels ravages par toute la province.

CXIV. Sous les consuls L. Martius et Sextus Julius (1).

Tandis que Libius Troso et P. Tarquinius proposaient des lois, au commencement de la guerre d'Italie, plusieurs prodiges apparurent dans Rome. Au lever du soleil, un globe de feu, accompagné d'un bruit éclatant du ciel, brilla au septentrion. A Arretium, du sang sortit du milieu de quelques pains qu'on venait de rompre. Chez les Vestiniens, il plut pendant sept jours des pierres et des tessons. A Ænarie, sortit de la terre entr'ouverte une flamme qui s'élança vers le ciel. Auprès de Rhegium, il y eut un tremblement de terre qui détruisit une partie de la ville et de ses murs. Au territoire de Spolète, un globe de feu, de couleur d'or, tomba jusqu'à terre en tournoyant, puis, devenu plus grand, il s'enleva de terre, se dirigea vers l'orient, et couvrit le disque du soleil. A Cumes, dans la citadelle, la statue d'Apollon se couvrit de sueur. Au cirque Flaminien, le temple de la Piété fut frappé de la foudre étant fermé. A Asculum, des Romains furent tués dans les jeux. Les Latins ayant amené des champs dans la ville différents troupeaux, il se fit de tous côtés un grand carnage d'hommes, et les troupeaux de bœufs parvinrent à un tel degré de fureur, que, s'élançant les uns sur les autres, ils offraient l'image d'une véritable guerre; et les lamentations causées par mille émotions douloureuses annonçaient un désastre à chacun.

(1) An de R. 663

CXV. L. Julio Cæsare, P. Rutilio, coss.

Metella Cæcilia somnio [113] Junonem Sospitam profugientem, quod immunde sua templa fœdarentur, quum suis precibus ægre revocatam diceret, gregem matronarum sordidis obscenisque corporis coinquinatum ministeriis, in quo etiam sub simulacro deæ cubile canis confœtuerat, commundatum supplicationibus habitis, pristino splendori restituit. A Picentibus [114] Romani barbaro more excruciati: ubique in Latio clades accensa [115]. Lucilius Lupus [116], spretis religionibus, quum in extis caput non invenisset jocinoris, amisso exercitu in prœlio occisus.

CXVI. L. Sulla, Q. Pompeio, coss.

Pompeius Sylo [117] in oppidum Bovianum, quod ceperat, triumphans invectus, omen victoriæ hostibus ostendit: quia triumphus in urbem victricem, non victam, induci solet. Proximo prœlio, amisso exercitu occisus. Mithridati, adversus socios bellum paranti, prodigia apparuerunt. Stratopedo, ubi senatus haberi solet, corvi vulturem tundendo rostris occiderunt. In eumdem locum sidus ingens cœlo demissum. Isidis species visa fulmine petere. Lucum Furiarum quum Mithridates succenderet, risus exauditus ingens, sine auctore. Quum aruspicum jussu virginem Furiis immolaret, e jugulo puellæ risus ortus turbavit sacrificium. Classis Mithridatis in

CXV. Sous les consuls L. Julius César et P. Rutilius (1).

Metella Cécilia ayant déclaré qu'en songe elle avait rappelé avec peine, par ses prières, Junon Sospita, qui s'enfuyait à cause de l'immonde profanation de ses temples, expia par des supplications les honteuses obscénités dont s'était souillé par ses prostitutions le corps des matrones, obscénités au milieu desquelles une chienne avait mis bas sur le lit de la déesse, au pied de sa statue, et rendit ce corps à sa première splendeur. Des Romains furent barbarement torturés par les Picentins; on essuya des revers de toutes parts dans le Latium. Lucilius Lupus n'ayant pas trouvé de lobe au foie en examinant les entrailles d'une victime, et n'ayant tenu compte de cet avertissement des dieux, perdit son armée et fut tué dans le combat.

CXVI. Sous les consuls L. Sylla et Q. Pompeius (2).

Pompeius Sylo étant entré sur un char de triomphe dans la ville de Bovianum, qu'il avait prise, fournit par là aux ennemis un présage de victoire, parce qu'une entrée triomphale a coutume de se faire dans une ville victorieuse, et non dans une ville vaincue. A la première bataille, son armée fut anéantie, et lui-même tué. Pendant que Mithridate se préparait à la guerre contre les alliés, des prodiges apparurent. Au Stratopédon, lieu où le sénat tient ordinairement ses assemblées, des corbeaux tuèrent un vautour à coups de bec. Au même endroit, un grand astre étant tombé du ciel, on vit l'image de la déesse Isis lui lancer la foudre. Au moment où Mithridate faisait brûler un bois consacré aux Furies, on entendit un éclat de rire dont il fut impossible de découvrir l'auteur; et tandis que, d'après l'ordre des aruspices, ce prince

(1) An de R. 664. — (2) An de R. 666.

Thessalia[118] a Romanis in prœlio amissa[119]. Cinna et Mario per bella civilia crudeliter sævientibus Romæ, in castris Gnei Pompeii cœlum ruere visum, arma signaque tacta, milites exanimati. Ipse Pompeius afflatus sidere interiit. Lectum ejus[120] populus diripuit, corpus unco traxit, quod discrimine civili perseverasset periclitanti patriæ non succurrere; quum et imperium et maximos haberet exercitus. Peiræum Sulla quum oppugnaret, unus miles ejus aggerem ferens, exanimatus fulmine. Aruspex respondit, diuturno labore, quod caput jacentis in oppidum versum esset, introitum et victoriam Romanis significare. Post breve tempus[121] Athenæ et Peiræum a Sulla capta. Ilio a C. Fimbria incenso, quum ædes quoque Minervæ deflagrasset, inter ruinas simulacrum antiquissimum inviolatum stetit, spemque restitutionis oppido portendit. [In agro Mutinensi[122] duo montes inter sese concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque, inter eos flamma fumoque in cœlum exeunte. Eo concursu villæ omnes elisæ, animaliaque multa, quæ intra fuerant, exanimata sunt. Exarsit eo anno sociale bellum[123], quod haud scio an funestius terræ Italiæ fuerit, quam civile. In eo autem bello L. Cornelius Sulla quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subito ab una parte aræ anguis prospexit: qua visa, Posthumi aruspicis hortatu, continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima Samnitum castra

immolait une jeune fille aux mêmes Furies, il s'échappa du gosier de la jeune fille un rire qui troubla le sacrifice. La flotte de Mithridate fut détruite par les Romains dans un combat livré en Thessalie. Pendant que Cinna et Marius, par leurs guerres civiles, commettaient d'épouvantables cruautés à Rome, le ciel sembla fondre sur le camp de Gnéus Pompée; la foudre frappa des armes et des enseignes, et tua des soldats. Pompée lui-même mourut asphyxié par elle. Le peuple mit son lit en pièces et traîna son cadavre à la voirie, parce qu'il s'était obstiné à ne point secourir la patrie prête à succomber sous le poids des guerres civiles, quoiqu'il fût revêtu d'un grand pouvoir, et qu'il eût à sa disposition de nombreuses armées. Tandis que Sylla assiégeait le Pirée, un de ses soldats, qui portait des matériaux destinés aux travaux de siége, fut tué par la foudre. Un aruspice répondit que le soldat étant tombé la tête vers la ville, cela présageait que les Romains, après de longs travaux, y entreraient en vainqueurs. Peu de temps après, Sylla prit Athènes et le Pirée. Ilium ayant été brûlée par C. Fimbria, et le temple de Minerve étant aussi devenu la proie des flammes, la statue antique de la déesse demeura intacte parmi les décombres; ce qui fut, pour les habitants, le présage de la restauration de leur ville. Au territoire de Mutine, deux montagnes se jetèrent l'une sur l'autre, et se heurtèrent avec un épouvantable fracas; puis, comme elles se retiraient, des flammes et de la fumée sortirent d'entre elles, et s'élevèrent au ciel. Toutes les habitations qui se trouvèrent sur leur passage furent broyées et un grand nombre d'animaux furent tués. Cette année vit éclater la guerre sociale, qui ne fut guère moins funeste à l'Italie que la guerre civile. Pendant cette guerre, comme L. Cornelius Sylla, au territoire de Nole, offrait un sacrifice devant sa tente, il vit tout à coup un serpent se montrer à l'un des côtés de l'autel; et,

cepit, quæ victoria futuræ ejus amplissimæ potentiæ exstitit.]

CXVII. Cn. Octavio, L. Cornelio Cinna, coss.

[Simulacro Apollinis caput sine ulla evidenti causa decidit : quod inventum est humi adeo infixum, ut summis etiam viribus avelli non potuerit. Quod videns Octavius, licet exitium suum significari intellexit, vitare tamen non potuit. Quo tamen crudeliter interfecto, dei caput immobile terra demum refigi potuit.]

CXVIII. L. Scipione, C. Norbano, coss.

Per Sullana tempora, inter Capuam et Vulturnum, ingens signorum sonus armorumque horrendo clamore[124] auditus, ita ut viderentur duæ acies concurrere per plures dies. Rei miraculo intus considerantibus[125], vestigia equorum hominumque, et recentes protritæ herbæ, et virgulta visa molem ingentis belli portendere. In Hetruria Clusii, mater familiæ vivum serpentem peperit, qui jussu aruspicum in profluentem dejectus, aversa aqua natavit. Lucius Sulla, post quintum annum victor in Italiam reversus, magno terrori fuit inimicis. Æditui Capitolium[126] una nocte conflagravit. Sullæ crudelitate fœda proscri-

sur les exhortations de l'aruspice Posthumius, il s'empressa de conduire sur-le-champ ses troupes à l'ennemi, et s'empara du camp retranché des Samnites; victoire qui fut pour lui le commencement de la puissance sans bornes à laquelle il parvint plus tard.

CXVII. Sous les consuls Cn. Octavius et L. Cornelius Cinna (1).

La tête de la statue d'Apollon tomba sans aucune cause évidente : on la trouva tellement fixée en terre, qu'on fit vainement les plus grands efforts pour l'en arracher. Octavius, témoin de ce prodige, comprit qu'il présageait sa perte, et ne put cependant l'éviter. Il fut, en effet, cruellement massacré, et la tête immobile du dieu put enfin être arrachée de terre.

CXVIII. Sous les consuls L. Scipion et C. Norbanus (2).

Du temps de Sylla, entre Capoue et Vulturne, on entendit un grand bruit de trompettes et d'armes, accompagné d'effroyables cris, en sorte qu'on eût cru que deux armées en venaient aux mains, ce qui dura plusieurs jours. Ceux qui examinèrent ce prodige à fond, aperçurent des traces d'hommes et de chevaux, de l'herbe récemment foulée et des débris d'arbustes, présage infaillible d'une très-grande guerre. En Étrurie, à Clusium, une mère de famille enfanta un serpent vivant, qui, ayant été jeté dans la rivière par ordre des aruspices, nagea contre le courant. Lucius Sylla, de retour en Italie après cinq années de victoires, devint la terreur et l'épouvante de ses ennemis. Pendant une nuit, le feu prit au Capitole par la faute d'un des

(1) An de R. 667. — (2) An de R. 671.

ptio principum fuit. Centena millia hominum consumpta Italico civilique bello relata sunt.

CXIX. M. Æmilio, D. Bruto, coss.

Didius Lælius, legatus Pompeii (cui prodigium Romæ erat factum, in lecto uxoris duo angues conspecti, in diversumque lapsi : proxime Pompeio in castris sedenti, accipiter super caput accesserat), in Hispania adversus Sertorium, inter pabulatores, occisus.

CXX. Cneo Octavio, C. Scribonio, coss.

Reate terræ motu ædes sacræ in oppido, agrisque commotæ. Saxa, quibus forum[127] stratum erat, discussa[128]. Pontes interrupti. Ripæ labentis fluminis in aquam provolutæ. Fremitus inferni exauditi. Et post paucos dies, quæ concussa erant, corruerunt. Saxum vivum quum provolveretur, in præcipiti rupe immobile stetit. A Sertorio in Hispania exercitus Romani cæsi. Adversum Medos varie dimicatum.

CXXI. L. Aurelio, L. Octavio, coss.

Sertorio in Hispania exercitum ducenti tale prodigium est factum. Scuta equitum parte exteriore, jaculaque, et pectora equorum cruenta visa : quod prosperum

officiers commis à la garde des temples. La cruauté de Sylla exerça contre les grands d'horribles proscriptions. Des rapports prouvèrent que cent mille hommes avaient péri dans la guerre italique et dans la guerre civile.

CXIX. Sous les consuls M. Émilius et D. Brutus (1).

Didius Lélius, lieutenant de Pompée, à qui déjà était arrivé un prodige à Rome, deux serpents ayant paru dans le lit de son épouse et ayant fui chacun d'un côté différent; puis sur la tête duquel était venu s'abattre un épervier, comme il était assis dans le camp à côté de Pompée même, fut tué en Espagne, au milieu des fourrageurs, dans la guerre contre Sertorius.

CXX. Sous les consuls Cnéus Octavius et C. Scribonius (2).

A Réate, un tremblement de terre ébranla tous les édifices sacrés dans la ville et dans la campagne. Les pierres dont la place publique était pavée furent dispersées. Les ponts furent rompus, et les rives du fleuve entraînées dans le courant. On entendit un grand bruit souterrain; et, peu de jours après, tout ce qui avait été ébranlé tomba en ruines. Un caillou, qui roulait d'une roche escarpée, s'arrêta tout à coup au milieu de sa chute. Les armées romaines furent défaites en Espagne par Sertorius. On combattit contre les Mèdes avec des chances diverses.

CXXI. Sous les consuls L. Aurelius et L. Octavius (3).

Tandis que Sertorius conduisait son armée en Espagne, on fut témoin du prodige suivant : la partie extérieure

(1) An de R. 677. — (2) An de R. 678. — (3) An de R. 679.

sibi interpretatus est Sertorius, quia exteriora hostili sanguine maculari solent. Continua ei prœlia cum successu fuerunt. Cyzicum Mithridates quum oppugnaret, Aristagoræ, qui in summo magistratu erat, Proserpina in quiete visa est dicere, adversus tibicines, se tibicinem comparasse. Postero die turres hostium vento disjectæ sunt. Ad immolandum bos sacra injussa[129] de montibus per hostium classem adnatavit, seque ad aras percutiendam obtulit[130].

CXXII. M. Cesone, Gaio Antonio, coss.

Fulmine pleraque decussa[131]. Sereno Vargunteius Pompeius[132] de cœlo exanimatus. Trabs ardens ab occasu ad cœlum extenta. Terræ motu Spoletum totum concussum, et quædam corruerunt. Inter alia relatum, biennio ante[133] in Capitolio lupam Remi et Romuli fulmine ictam, signumque Jovis cum columna disjectum[134], aruspicum responso in foro repositum[135]. Tabulæ legum æneæ litteris liquefactis[136]. Ab his prodigiis Catilinæ nefaria conspiratio cœpta.

CXXIII. Quinto Metello, L. Afranio, coss.

Die toto ante sereno, circa horam undecimam nox se intendit, deinde restitutus fulgor. Turbinis vi tecta dejecta : ponte sublapso, homines in Tiberim præcipitati.

